

eorum. Et non solum vos cavete a talibus, sed et alios cavere ab eis et avertere docete.

205 <C. 10> EX EPISTOLA SYXTI PAPAE SECUNDA, QUI FUIT OCTAUVS POST PETRUM, UNIIVERSIS ECCLESIIIS DIRECTA.

Ab hac^r enim sancta sede, a sanctis apostolis tueri, defendi et liberari episcopi iussi sunt, ut, sicut eorum dispositione ordinante domino primitus sunt constituti, sic huius sanctae sedis, cuius dispositioni eorum causas et iudicia servauerunt, protectione futuris temporibus sint ab omnibus per-
 210 *versitatibus semper liberi. Unde culpabuntur hi, qui aliter circa fratres egerint, quam huius sedis rectoribus placere cognoverint. His taliter consideratis atque cum reliquis episcopis decretis tamquam omnium curam gerentes propter sedis propriae apicem decernimus, ut nemo pontificum*
 215 *aliquem suis rebus expoliatum episcopum aut a sede pulsum excommunicare aut iudicare praesumat. Quia non est privilegium, quo expoliari possit iam nudatus. Si quis autem aliter agere censuerit, sciat censuram huius sedis cum omnibus membris suis sibi non deesse venturam. Et, sicut egerit, ita recipiet: si bene bene. Si grave grave. Si pessime pessime. Quoniam*
 220 *dignus est operarius mercede sua. Nos, fratres, nullum perdere volumus, sed ipse se perdit, qui pia considerata avertit et qui apostolorum et huius sanctae sedis decreta libenter violat. Sed et nunc, fratres, commendamus vos omnes domino et verbo gratiae eius, qui potest perficere et dare hereditatem vobis cum omnibus sanctis. Ipse autem deus pacis et consolationis*
 225 *det vobis idipsum sapere in alterutrum secundum Iesum Christum, ut vobis invicem succurratis et^s non sitis divisi, ut unanimes^t uno ore^t et uno corde honorificemus eum in concordiam et consolationem fratrum, qui potens est confirmare eos secundum evangelium eius, iuxta revelationem misterii aeterni, temporibus scilicet perpetuis, quibus vobis futurorum gau-*
 230 *diorum largienda sunt munera.*

r) korr. aus *hec* B.
 B.

s) Beginn fol. 5^v B.

t-t) korr. aus *hunanimes* uno hore

203 cavete ab omnibus Pitt.

<C. 10> 205-230 Ps.-Sixtus (JK † 32) c. 5-6, mit teils frei formulierter Inschrift. Ed. HINSCHIUS S. 108 Z. 26 - S. 109 Z. 15; ed. SCHON 021.htm. Die beiden c. sind in umfangreicherer Gestalt auch im Pitt Hinkmars von Laon vorhanden (c. 2), ed. SCHIEFFER, Streitschriften S. 66 Z. 5-37 (Parallelüberlieferung ab Z. 17).

Abweichungen: 205-206 QUI FUIT VI^{us} (!) POST PETRUM steht nach DIRECTA Pitt. 211 culpantur PsIs; Pitt. 217 praesumpserit PsIs. 218 sanctae sedis Pitt (aber Salzburg a IX. 32 nur sedis). 223 domino omnes Pitt (aber Salzburg a IX. 32 omnes domino). 225 secundum - Christum fehlt PsIs. 228 nos PsIs; vos Pitt.